Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Margaretha a tam grauc infirmitate ex meritis beati leopoldi miraculose
liberata et sanata sit
Super vicesimo vicesimoprimo et vicesimosecundo articulis inquirentibus
item qd eiusmodi ꝛc et item qd talia miracula ꝛc et item qd omnia miracula ꝛc
testis examinata est generalis et concordat cum aliis cum depositionibus super
eisdem
Super vicesimotertio articulo inquirendum qd quotidie adhuc ꝛc testis examinata
dicit articulum fore verum quia pannis duobus elapsis vidit circa tumbam beati
leopoldi ubi tunc ipsa testis cum magna multitudine hominum interfuit quendam
puerum qui ut abominibus circumstantibus audiunt repertus fuit mortuus in quodam
puteo et positus supra altare qd apud tumbam beati leopoldi situatum est
vivum et ibidem miraculose a morte resuscitatus propter qd ipsa testis cum
aliis circumstantibus cum magno clamore Gracias deo omnipotenti et beato
leopoldo retulerunt laudantes et glorificantes deum omnipotentem et beatum
leopoldum
Super vicesimoquarto articulo inquirendum item de predictis omnibus ꝛc testis
examinata dicit articulum fore verum

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris ꝛc

81 vpe

Eadem die Elizabeth proxima prestripta testis adiunxit et dixit qualiter
quidam eius filius nomine Lampertus in sue etatis anno iam quarto con-
stitutus qui natus est de anno domini Millesimoquadringentesimosexage-
simooctavo circa festum Sancti Augustini et a nativitate sua ruptus fuit
in umbilico et per dies septem ebdomadas huiusmodi ruptura habuit et passus
fuit et dum nulla medicina sanari poterat invocavit beatum leopoldum pro sa-
nitate sui filii recuperanda et vovit ipsum cum oblacione trium denariorum ad tumba
ipsius velle presentare Cumque circa festum Nativitatis Christi immediate tunc
superveniens dictum suum filium cum oblacione prefata ad tumbam beati leopoldi
pietaverat et votum compleverat statim dictus suus filius circa tumbam sa-
nitatem recepit prout hodie coram domino sanus absque aliquo defectu visus
est Tiedens fecerit dicta testis hoc ex merito beati leopoldi miraculose factum
esse

Et fuit iuramentum eidem testi prout est moris

88 vpe

Eadem die fuit examinata Dyseta mulier Margaretha vxor Pauli Agul
felder de Nusdorff Patauiensis diocesis etatis sue annorum Triginta duorum
vel circa Contestis prefate Margarethe vxoris Stephani panc que
deposuit ut sequitur
Et primo super Primo secundo et aliis articulis usque ad Decimumtertium
inclusive testis examinata dixit ut proxima prestripta testis super eisdem
deposuit et concordat cum eadem
Super Decimonono articulo inquirendum qd post mortem suam clamavit ꝛc
Testis examinata dicit articulum fore verum quia vidit et audivit plura